 tuta etc. Si §. ex hoc quod ipse habuit loculos. et tra-
 dita forma ecclesiastice pecunie habere. §. christus ex hoc
 non fecit opus imperfectiois. Absit enim quod a sponsa
 sua immaculata speciosa forma et unita. se
 christus imitandum voluerit in hoc quod est imp-
 fectionis. Preterea tota ecclesia primitia non erat
 imperfecta. et tamen ipsa maxime secuta est formam
 loculorum christi. oblata a fidelibus conservata
 ut patet act. v. Preterea si loculos habere esse formam
 quo ad imperfectos. et non quo ad perfectos. pau-
 lus perfectissimus et perfectiois christi imitator. hanc
 formam in se non suscepisset. nec ad hanc formam
 aliquos maxime perfectos indurisset. Sed
 paulus gaudenter in se oblata a fidelibus sus-
 cepit. et pro suis et suorum necessitatibus seruauit ut
 §. ad cor. ij. Et fecit fieri collectas. ut mitterent
 hierosolimam. Preterea inter opera perfecti prelati

Capitulum III.

et ad perfectionem eius pertinentia est. quod subditis
et filiis spiritualibus provideat. non solum spiritualia sed et ter-
restria egentibus. prout patet exemplo christi. qui turbas
et verbo pascebat et corporali cibo. ut patet de panibus
multiplicatis ioh. vi. et mar. viii. Sed constat quod non
possent temporalia ministrare prelati. nisi haberent aliquod
salarium in communi. Ergo nec prelati. nec christus fecit opus im-
perfectum habendo loculos. Preterea dicitur quod tota
ecclesia ceciderit a perfectione christi et apostolorum excepto or-
dine minorum. et quod dominus papa et ceteri prelati ecclesie
et religiosi in habendo bona ecclesie in communi. imitentur
christum. in quantum fecit opus imperfectum. et quod nulli san-
cti antequam fuerit. beatus franciscus in hoc quod fuit perfectio
nisi fuerit christus imitator. videtur irreverenter dicitur.
Item quod secundo dicitur christum habuisse loculos cum apo-
stolis non per se sed per indigentibus. manifeste tradit
cit textum euangelii. ioh. i. ubi dicit euangelii-
sta. quod cum dominus iesus dixisset iude. Quod facis. fac
citius. subdit quod nemo intellexit ad quod illa dixe-
rit. sed credebant quod diceret quod emeret quod eis opus
erant ad diem festum. aut ut egenis aliquid daret. Ex
quibus verbis patet quod ad duo deserviebant loculi. id est. con-
tenta pecunia in eis. videlicet ut provideat christi et apo-
stolorum necessitatibus. et ad subveniendum pauperi-
bus. Et hoc dicit. beatus augustinus. in illo. c. Habebat. s. alle-
gato. Preterea vult fuisse accepta illa pecunia qua
emerent cibos edendos. ioh. iiii. Nisi dicitur loculis
eorum. Ergo non solum pro pauperibus. sed etiam suis ne-
cessitatibus tenebant loculos. et pecunias expende-
bant. Preterea modus habendi communia in ecclesia descen-
dit sicut a forma exemplari a modo habendi loculos
christi et apostolorum. sicut dicit. beatus augustinus. xii. q. i. Exemplum
domini accipite puerantis in terra. Quare loculos
habebat. cuius angeli ministrabant. nisi quod ecclesia loculos
habitura erat. Quare fures admisit nisi quod ecclesia
cum fures patitur toleret. hoc ille. glo. toleret scilicet
cum sunt occulti. Nam cum manifestantur. debent
puniri. Probat conclusio eadem. iiii. sic. Si christus
cum apostolis habuisset in loculis nudum usum facti.
ut isti heretici dicunt. non etiam ius et dominium. sicut
euangeliste dicit de bonis immobilibus. ut domibus
agris que non habuit nisi quod ad usum facti. filius hominis
non habet ubi caput suum reclinet. ita et dixisset de
loculis. filius hominis non habet loculos. Sed hoc non dixit de
loculis. sed de re. Et his patet error. v. capi. illi perfidi li-
belli in quo dicitur. quod iohannes. xii. determinavit. quod
christus non dedit aliam regulam vivendi apostolis quam aliter
quibuscumque fidelibus. sed mentiuntur quod non hoc dicit
iohannes. xii. Nam laici non tenent propriam abrenuntia-
re. quod christus apostolis. id est. vivere in communi absque proprietate
in particulari. quod tamen licet laicis. patet etiam error. c.
vi. eiusdem libelli. ubi dicitur quod apostoli non abdicaverunt.
sed habuerunt sed iohannes. xii. licite et habere potuerunt etiam imo-
bilia ut agros et homines in communi. Et hoc dicitur iohannes.
xii. determinasse. sed mentiuntur. Non enim dicitur
quod christus et apostoli habuerunt mobilia in communi. sed mobilia
ut pecuniam eis daret et homines. sed bene dicitur quod etiam

si habuissent mobilia. ut postea haberent prelati
aliqui religiosi in communi. sed non diminuerunt eis nec
aliter de perfectione essentiali eorum. nec de perfectione sta-
tus eorum.

Sexta conclusio. §. xii.

principalis huius articuli septimi est. quod apostoli
post resurrectionem et christi ascensionem habuerunt aliquod
in communi. Et hoc patet patet per baronem omnibus illis modis
quibus probata est quinta. Sed quod quod est de facto per au-
toritates probatur. Et primo ex eo quod dicitur Actu.
i. Multitudinis credentium erat cor unum et anima
una in domino. nec quisquam eorum que possidebat dice-
bat aliquid proprium. sed erat illis omnia communia. Apostoli autem
erant de numero credentium. ergo apostoli habebant in
proprio. habebant tamen in communi. Sed ad istam rationem solent isti
heretici respondere. quod in illa multitudine credentium
et erat turba credentium et collegium apostolorum.
Turba credentium deficiebat a perfectione
ne. et de ista dicitur quod erat illis omnia communia. Sed apostoli
nihil habebant nec in proprio nec in communi. sed erat dispensa-
satores illorum bonorum communi. Et ideo bene dicitur in textu. quod
ponebant precia agrorum ad pedes apostolorum. et ipsi di-
videbant singulis. Et quod esset ibi talis distinctio.
videtur expressum in glo. ibidem. ubi dicitur. discrevit or-
dinem doctorum et auditorum. Nam multitudo crede-
ntium speretis rebus copula charitatis invicem iun-
gebant. Apostoli vero virtute fulgentes christi myste-
ria pandebant. Sed ista ratio non valet. Primo quod
de textus dicit multitudinis credentium erat
cor unum et anima una. Et sequitur quod erat illis omnia com-
munia. sed illud illis necio refert ad illos qui erant
de illa communitate. ergo cum apostoli essent de illa communitate. sequitur
quod ipsi habebant in communi. Secundo quod augustinus dicit in re-
gula tractans dictam autoritatem. Sicut enim legi-
tis in actibus apostolorum. quod erant eis omnia communia. queritur
igitur de isto pronome eis ad quid refert. Primum
ad apostolos vel aliquos alios. Non videtur da ali-
quos alios. quia beatus augustinus. nihil pre-
miserat. aut de quibuscumque aliis ad quos posset
referri. ergo quod refert ad apostolos. quod satis innuit
textus. beatus augustinus. cum dicit. Sic enim legitis in actibus
apostolorum. quod erant illis omnia communia. id est. apostolis. Cum enim non
proponat antecedens aliquid aliud quam apostoli. patet quod
illud relatum eis debet referri ad apostolos. Tertio patet
ex eo quod legitur de beatus augustinus. quod cepit vivere secundum regulam
sub scriptis apostolis constituta. Sed certum est. quod sic
cepit vivere. ut dimissis omnibus in proprio vivebat
de bonis communibus ecclesie una cum aliis in communi. ergo et apo-
stoli habebant in communi. Quarto quod beatus clemens qui tunc
pater apostolorum fuit. expressum tenet. et dicit. beatus iacobus
minor. id est. et apostolos illorum bonorum fidelium primitivorum
uorum fuisse sortes. et ad communitatem illam que in communi vi-
vebat pertinere. ut habet in illo ca. dilectissimum. xii. q.
i. ibi vide. Ad idem etiam facit. c. quia tua. quod est gre-
g. e. r. c. scimus. quod est urbane pace. Quinto quod
glo. sup. c. videtes. q. e. dicit quod episcopi tenent locum

Titulus. XII.

apostolorum quo ad dignitatem, sacerdotes qui ad sacramentorum dispensationem, monachi qui ad renunciationem propriorum et vitam communem. Sed constat quod monachi ita renunciant proprio, et vitam communem tenent, quod habent in rebus monasterii quibus et dominus in communi, et apostoli habebant in communi. Sermo quod hieronymus, xx, q. i, duo sunt, ponit duo genera christianorum, scilicet laicorum, qui habent in proprio, secundum habitum in communi, scilicet religiosorum. Si fuissent aliqui qui nihil habuissent in proprio, nec in communi, posuisset tertium genus, et cum apostoli fuerint ante hieronymum, et christiani ad unum istorum generum debent computari non ad habitum proprium, sed ad habitum in communi, quod habebant in communi. Septimo dicitur in collatione patrum, quod talis tunc statuerat ecclesia in omnibus qualis nunc est in cenobitis paucis. Sicut enim illi habebant unitatem affectu, societatis et possessionis, sic et in monasterio constituitur. Ex quo auctoritate patrum, quod sicut apostoli tunc erant de ecclesia, imo principes palatiosos in ecclesia, ita habebant illam triplicem unitatem. Præterea plati non possunt excludi a civitate, cum sint capita ecclesiarum, nec per se a bonis et domino honorum ecclesie. Sed apostoli erant plati illius civitatis, quod non potest excludi a domino bonorum illius civitatis, quod non potest illa, scilicet allegata, quod dicitur, quod discretus ordinem doctorum et auditorum, loquitur de discretione quæ sit ad officia, de qua expressè dicitur, quod apostoli docebant ceteros, ut superiores, non de discretione quæ sit ad professionem pauperum, imo in hoc nulla erat discretio seu distinctio. Daretur ergo quod apostoli per christi ascensionem habuerunt in communi aliqua, et sic expedito barri. Respondendum ad objectiones que fieri possent. Et his patrum error non in causa libelli, hoc igne temporalis et eternalis combustionem quod heretici, ubi dicitur quod bona primitivæ ecclesie, de quibus dicitur act. ii, erant illis omnia communi, quod etiam per distributionem erant communi. Et quod ut asserunt sed falso, iohannes, determinavit quod per distributionem erant propria eorum quibus distribuiebant, dicitur esse hereticum. Sed sciendum quod bona illorum sicut et nunc quorundam quibus religiosorum post distributionem erant quidem ad hunc communi, in quibus illi ad quos spectabat dispensare ut plati et procuratores antequam essent in usu quo ad ea que veli consumunt, poterant ab eis auferre et dare alijs, et multo magis que veli non consumuntur ut vestes. Sed cum illi quibus concessa erant, utebantur et comedentes et bibentes ea, tunc non erant communi sed propria eorum que eis utebantur. Et hoc non est illa proprietas, cui abdicat in religionibus per pauperum votum sed propria videlicet ut etiam concessa ad usum, ut vestes que non consumuntur statim ex usu vel veli consumuntur, ut panis antequam utantur, possit per libito voluntatis talia alijs distribuere. Et quod plati non valeant illa alijs deferre, nisi essent ipsi in extrema necessitate. Et de huiusmodi prima proprietate loquitur iura, et de ista, mo. Cui ad monasterium, et. xij, q. i. Non dicatis, non de alia.

Contra conclusio .s. xliii.
nè dicti, vii, articuli arguit primo sic. Quod est per

apostolicas sedes in fide et moribus se diffinitum et apostolicum probatum non fas est deinceps predicere. Hoc probatur di. xii, si romanorum, ubi dicitur quod vere apostolica sedes approbavit, hodie teneat acceptum. Et sic omnes, et. xxv, q. i, hoc est fides. Probat et hoc ratione, quod si aliquis tunc ecclesia aliquid contra fidem declarasset, tunc non fuisset spiritus sanctus sine macula et ruga. Sic sic. Probat missio christi qua promittit, luc. xxij, quod fides petri non deficeret fuisset falsa, tunc enim fides aliquo tempore defecisset. Sicut ergo ei quod est per euangelium diffinitum, non est fas contradicere, sic quod est semel per apostolicam sedem circa ea que sunt fidei se diffinitum et approbatum, non est fas contradicere. Sed per apostolicas sedes semel fuit diffinitum et approbatum, quod ipse et apostoli nihil habuerunt nec in proprio nec in communi quæ sit ad dominum, quod oppositum asserere nefas esse videtur. Quod in ore probatur et de dno, signi. Exijt qui seminat, li. vi, s. pro. ubi sic dicitur. Dicam quod abdicatio omnium rerum in proprio vel in communi propter dei memoriam est sancta, et sequitur. Quod primi fundatores militantis ecclesie putabatur ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte vivere per doctrinam et vitam ipsorum alios derivant. Sic ibi dicitur, quod christus hanc expropriationem et dno docuit, et exemplo firmavit. Que quidem decretalis fuit per plures romanos pontifices confirmata, et etiam per concilium vniense, quod etc. Sed ad istud respondet sic ab aliquibus, quod illa decretalis, Exijt, est revocata per Jo. xxij, in illa que incipit, quod non nunquam, et id argumentum sumptum ab illa non conclusit. Sed sciendum quod decretalis aliquid per dicitur revocata, dupliciter, uno modo tanquam falsa, sicut quæ determinat expresse falsum esse quod in illa primebatur. Et sic dicitur illa decretalis, Exijt non esse revocata per illam aliam subsequenter. Quia nonnunquam alio modo potest dicitur revocata quod dubia, quod scilicet contenta in illa sub dubio revocantur. Et sic dicitur quod fuit revocata, Quod declaratur sic. Illa decretalis dicitur revocari tanquam dubia, circa quam et contenta in ea, contingit contrarie opinari. Sed sic est de illa decreta. Exijt ut patet per constitutionem, quod nonnunquam, quod tanquam dubia est revocata et per se eius auctoritati non est necessario standum. Sed ista ratio non evadit difficultatem rationis inducere quod si ecclesia diffinit aliquid in fide et moribus aliquid esse verum, et postea oppositum, ergo ecclesia aliquid errasset, quod videtur absurdum. Et non respondet aliter, videtur quod sic patet ex de baptismo et eius effectu. Maiores, quod occurrit aliquid dubium in articulis fidei vel in scriptura sacra, licet declaratio magistralis possit pertinere ad doctores quoscumque, tamen declaratio et determinatio auctoritativa et finalis cui omnes habent ad obediendum, pertinet ad dominum papam, quod clare fuit ostensum, act. xv, ubi orta dissensione, ut legalia servari deberent cum euangelio, consuluerunt petrum et alios apostolos qui erant in iherusalem. Et petrus sicut princeps apostolorum decrevit legalia non esse servanda. Hec obstat quod iacobus ibidem dicit, Ego iudico non inquit etati eos etc. quod petrus prior decrevit, postmodum

Capitulum Quartum

iacobus sicut loci illi episcopus. ad ostendendum quod ibi sicut in tota ecclesia iurisdictione ordinariam habebat. Iacobus autem in illo loco non quidem equalis sed subordinatus. quia sua erat sub illa petri. Item certum est quod sententia iacobi non potuit artare extra terminos sue iurisdictionis. sed illa sententia petri obligavit universos per orbem. Si ergo cum occurrunt dubia circa scripturam sacram vel articulos fidei declaratio et determinatio spectat ad papam. multo fortius cum occurrunt dubia circa intellectum alicuius constitutionis vel predecessoris sui. declaratio et determinatio spectat ad ipsum papam. Modo circa dictam illam constitutionem dicitur dubitari de paupertate christi et apostolorum. Et ideo. ioh. xxij. et rei veritate et verum intellectum illi constitutionis voluit declarare. Et ideo quod ad hoc non contradicit illi constitutioni existit. sed illam declarat. Cum ergo dicitur quod in illa decretali diffinitur. quod christus et apostoli nihil haberent quantum ad dominium in proprio vel in communi. Dico quod non est verum simpliciter. vel si alicui diceretur intelligendum esse quantum ad bona immobilia. non quantum ad mobilia. Et hoc videtur dicere textus luc. ix. cum dicitur. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Non enim habebant christus et apostoli domum vel agrum. sed bene haberent eorum precia. Quod dicitur ergo in illa constitutione. existit. dicimus quod abdicatio omnium rerum in proprio vel in communi propter deum meritoria est et sancta. quam primi fundatores etc. Dico quod abdicatio omnium rerum proprio vel in communi. intelligenda est supple omnium immobilium. Et eodem modo quod ibi dicitur. Hanc expropriationem christus docuit verbo. et exemplo firmavit. Dico quod intelligitur quantum ad bona immobilia que primitiva ecclesia habere noluit. quia futuram ecclesiam in gentibus providebat. Non autem de bonis mobilibus. nec etiam de immobilibus intellexit. quantum ad ius in usu. sed solum quantum ad ius et dominium in re simpliciter. De potest aliter dici distinguendo de proprio et communi. Nam proprium potest accipi dupliciter. Uno modo potest distingui contra deum. Et sic abdicatio rerum etiam mobilium in proprio est sancta et meritoria. Alio modo potest distingui contra alienum. Et sic abdicatio rerum in proprio videtur quod quis viveret non de suo sed alieno. in quo nullus ius habet sicut petrus contra quod non est meritoria nec sancta. Sicut abdicatio in communi potest intelligi dupliciter. Uno modo quod communitas nihil habeat quantum ad ius et dominium in rebus mobilibus vel immobilibus per villo tempore. et sic abdicatio in communi non est sancta nec meritoria. Alio modo quod sic communitas nihil habeat quantum ad ius et dominium. quod singuli eorum habent per libitum voluntatis. ac si habent in proprio. et non sunt distributione superioris. et sic dico quod abdicatio in communi est meritoria et sancta. quam primi fundatores servaverunt. ut patet act. uij. quod singuli non utebantur bonis illius civitatis ad votum. sed potest distribuebatur eis a superioribus. Quod ergo dicitur in dicta decretali. Existit quod abdicatio in proprio est sancta et meritoria. videlicet potest distingui proprium contra deum. non potest distingui contra alienum. Et

sicut abdicatio in communi est meritoria. potest esse distinguatur contra proprium in particulari habido ius et dominium quilibet de civitate in rebus. Et ex his patet quod que fuerunt per nicolaum circa paupertatem christi et apostolorum dicta vel edita in constitutione. existit. non fuerunt contraria. sed per ioh. xxij. in sua constitutione. Quia quorundam fuerunt magis explicite declarata.

Secundo contra §. xxiii.

vera conclusionem arguit sic. facere contra preceptum est mortale secundum omnes. Sed apostolis fuit preceptum nihil habere in proprio vel in communi. quod patet mat. x. ubi christus dixit impatiue. Nolite possidere aurum neque argentum. neque peram neque calciamenta nec duas tunicas etc. Et confirmat hoc quod Marc. vi. dicit quod precepit eis. ne quid in via tollerent. Et ad idem dicit glo. b. aug. super illud quod dixit petrus tracto. Aurum et argentum non est mihi. quod preceptum domini petrus servabat non habens aurum et argentum. Cum ergo apostoli non dicantur peccasse mortaliter circa paupertatem. Si habuissent aliquid in proprio vel in communi. fecissent contra preceptum. et mortaliter peccassent. ergo nihil haberent in proprio vel in communi. Sed ad istud respondet multipliciter et optime. Primo quidem quod secundum b. aug. in pluribus locis istud non fuit preceptum sed documentum. unde faciendum contrarium non peccabatur mortaliter. sicut nec religiosi peccant mortaliter transgrediendo documenta. id est. monitiones et ceremonialia suorum ordinum non ex contemptu. Et quod non fuerit preceptum. patet ex hoc quod sub eodem contextu dicit luc. x. Neminem per viam salutaveritis. Primis enim dicitur videtur dicitur. quod apostoli et apostolici viri euntes ad predicandum si saluaret. peccaret mortaliter. Preterea multa ex eis que ibi inflicta sunt reperuntur habuisse. Nam et loculos habebat. quos iudas portabat et sacculum et peram. Unde dicit eis luc. xxij. Qui habet sacculum. tollat sistrum et peram. ex quibus presuppone eos habuisse illa. Marcus dicit quod portaret virgam quam tamen prohibita alius refert christum habuisse non solum unam tunicam. patet ex evangelio. quod ultra tunicam in consuetudine quam non dividerunt partem sunt milites vestimenta sua. Sed et de calciamentis dicit baptista. Non sum dignus portare calciamenta etc. Quod et si Greg. exponat mystice. tamen et literalis expositio preceptum servanda est. Et petro dictum fuit act. xij. Calcia te caligas tuas. Preterea ista fuerunt apostolis dicta ut prelati. quibus succedunt episcopi. fuit enim dictum eis quando misit ad predicandum. quod ereratum competit prelati ex officio. religiosi vel alios ex commissione vel privilegio. Item ex hoc accipitur forma et institutio prelatorum in ecclesia. ut dicit Beda. Sed nullus dicit quod prelati cum vadunt ad predicandum. peccent mortaliter si habent aliqua in communi. imo hoc dicitur esse danare sacrissimum mos episcopos et doctores ecclesie. b. aug. amb. hylar. greg. que bona ecclesie in communi possederunt. et laudabiliter dispensaverunt. Non igitur fuit hoc ad ista preceptum. sed documentum non necesse observandum. Et quod allegatum est supra Marc. vi. Precepit eis etc. dicendum quod

Titulus XII

preceptum in scriptura aliqui sumit stricte pro
necessaria obligatōe. ut illud ioh. xv. Hoc ē pre
ceptū meū. ut diligatis inuicē. Aliquī sumit lar
ge p̄ documēto vel admonitōe. ut illud mar. vñ
p̄cepit eis ut nemini dicent. s. mutū r̄ surdū fu
isse sanātū. Quātū ē dicere q̄ illi cū nō seruarēt
b. s. diuulgarent. peccarēt mortaliter. potius ibi
fuit documētū. ut dicit. b. greg. ad tocendū vi
delicet nos vitare laudes humanas. Sic etiam
pōt dici. q̄ cū x̄ps infidixit ista. nō ista phibuit.
ut nō h̄ret aliqd̄ ius in t̄pali. s. p̄pret multas
alias causas ut docent doctores sc̄i. Et p̄la ut
ōnderet alimenta ab eis d̄beri quibz p̄dicabāt.
Et h̄c tōnē assignat. b. hiero. Sc̄da ad tollendū
dū aplis oēm pusillanimitatē r̄ solitudinem
sup̄flua circa t̄palia. Et h̄c p̄nit. b. greg. T̄er
tia ut totā sp̄m suā in deo ponerēt. Hanc t̄git
cyrillus. Quarta ut virtutē m̄gī mittendū ōndē
ret cū nihil eis defuerit. q̄ tōez x̄ps exp̄ssit. Luce
xxij. q̄n̄ misi vos sine sacculo r̄c. Quinta est ut
ista n̄ h̄rēt ad sup̄fluitatē. r̄ p̄p̄ ista p̄dicarent.
Sc̄do pōt dici. q̄ falsus ē dicere q̄ aplis fuerit
p̄ceptū nihil h̄re in p̄prio vel cōi. Nec b̄ pōt h̄ri
ut illi asserūt. ex illis v̄bis. Nolite p̄ssidere au
rū r̄c. Nā b̄ fuit dictū nō solū aplis. s. r̄ septua
gita duobz discipul. ut h̄t luc. x. q̄n̄ x̄ps designa
uit eos ad p̄dicandū. S. illis discipulis. Ar̄tū.
nō fuit b̄ p̄ceptū. s. nihil h̄re nec in p̄prio nec in
cōi. q̄d r̄ illi p̄cedūt. Ergo ex illis v̄bis p̄cludi
nō pōt. aplis illd̄ fuisse p̄ceptū. T̄ertio dici p̄t
q̄ illud r̄ si fuisse p̄ceptū q̄d t̄n̄ nō fuit. fuisse
eis factū. p̄ loco r̄ t̄pe. s. q̄n̄ fuerūt missi ad p̄di
candū in via. sicut dicit textus euangeli. p̄cepit
eis. Nihil tuleritis in via r̄ aliqd̄ qui fuerūt licē
tiam r̄ dispensati apli seu licētiati r̄ liberati a ta
li p̄cepto i v̄līa cena q̄ nō obligabant ex illo v̄
l̄. quin alio t̄pe vel loco p̄ssent aliqua h̄ri i cōi
Nec in via fuit eis phibitū aliqd̄ portare. S. so
lū ea que possent aliquantū distrahēre a p̄dica
tione v̄bi. vñ p̄cessit eis portare vnā tunicam r̄
sandalia. mat. vi. in q̄bz si h̄ebāt solū nudū vsuz
facti. quero q̄s h̄ebat de illis d̄nium. r̄ nō videt
posse dari nisi ipi qui portabant. Et id̄ dicūt ali
qui r̄ b̄n. q̄ in oibz argumētis q̄bz ex auctoritate
canonis r̄ sc̄tōz. p̄bat q̄ nihil h̄erūt in p̄prio
vel in cōi. cōmittitur fallacia p̄sequentis arguē
do. Nō habuerūt ista. q̄ nulla. vel fuit p̄ceptum
eis q̄ nō h̄uerunt ista. q̄ nec aliqua. Quarto p̄
illa v̄ba. nō plus phibuit eis d̄nium illaz rep̄
q̄ vsuz. cū ait. Nolite portare aur̄ r̄c. ita q̄ p̄
illo t̄pe nō debebat h̄re vsuz auri r̄ argēti. Alio
quin potuissent portare vn̄os florenos ad vsuz
suū. d̄n̄io penes alios remanēre. q̄d ipi n̄ dicūt
r̄ apparet ex textu. Et sic patz conclusio. q̄ ex illis
v̄bis in quibus se multū fundant. nō pōt h̄ri
eis factū p̄ceptū. q̄ nihil h̄rent in cōi vel in par
ticulari. sed ne ista t̄palia portarent. r̄ quererēt

tanq̄ incerti r̄ nimis solliciti de quo viverēt. et
sup̄flua tenentes nimis inordinate ad ea affi
cerent. Et fm̄ b̄ p̄t dici fuisse eis r̄ successoribz
p̄ceptū. nō simplr̄ rōe portatōis vel h̄itatōis. s.
tōne nimie sollicitudinis r̄ amoris. Et ex his p̄
error. vij. c. libelli maledicti fratricelloz. vbi vidē
cūt q̄ x̄ps simplr̄ r̄ absolute cū misit ad p̄dicandū
ap̄los dicens. Nolite possidere aur̄ r̄ argen
tū r̄c. interdixit eis oē ius ut r̄ h̄ium oim̄ reruz
t̄paliū ad h̄ram. Et q̄. ioh. xxij. declarauit p̄m
um r̄ bene. dicit h̄reticū. S. patz ex declaratio
nibz doctoz inductorz r̄ rōnibz. q̄ illud fuit doc
umentū nō p̄ceptū. Et si p̄ceptū ad ip̄s cū mi
sit ad p̄dicandū exercendos p̄ illa ut incipētes
in statu religioso. Del melius. q̄ p̄cepit ex intē
tione seu phibuit in illis v̄bis inordinatū affe
ctū ad terrena r̄ nimia curā r̄ solitudinem ex
ea que h̄rent impedire ab actu p̄dicatōis. S. p̄
ḡ falsi r̄ h̄retici sunt fm̄ h̄ram q̄ occidit exponē
tes r̄ male.

Tertio pōt argui .s. xv.

sic. x̄ps fuit p̄fectissim⁹ in euangelica p̄fectōe.
Sed ad euagēlica p̄fectōnē p̄mer paup̄tas. q̄
p̄fectissimus in paup̄tate. Sed maior ē paup̄
tas nō h̄re n̄ i p̄prio nec in cōi. q̄ h̄re saltē i cōi
aliqua mobilia. Ergo videt q̄ x̄ps nō h̄uit nec i
p̄prio nec in cōi. Ad q̄d r̄ videt q̄ paup̄tas euā
gelica pōt accipi dupl̄. Vno mō q̄m̄ ad p̄pati
onē aī. r̄ sic ē virtus nō alia a charitate. Et isto
mō fuit x̄ps paup̄rimus sup̄ oēs enā. ioh. bap.
Alio mō pōt accipi fm̄ effectū exteriorē. i. carē
tiā rez. Et sic nō est essentialiter virtus. s. instrū
mentū valde acōmodū ad p̄fectionē virtutis.
r̄ sic x̄ps nō fuit paup̄ior ioh̄ane. S. b̄ ē aduer
tendū q̄ bonitas in instrūmēto nō attendit fm̄
q̄titate instrūmenti s. fm̄ p̄portionē ad finem
sicut p̄z in medicina. Et id̄ nō cōportuit q̄ x̄pus
sūmā paup̄tatē assumeret q̄m̄ ad effectū exteri
oz. alioquin nec debuisset h̄re victū r̄ v̄līū.
s. q̄ h̄ret paup̄tates magis p̄gruentē fin̄. n̄re
redēptōis. Ipe em̄ q̄ p̄ salute hoim̄ venerat et
p̄uersari cū eis h̄ebat. vñ sic sūpsit abstinentiā n̄
summā ut ioh. bap. s. p̄formē cōi vite honeste.
ita r̄ paup̄tatē h̄ns mediocrem. s. cū aplis i cōi
mobilia. q̄ mod⁹ nō h̄z aliqd̄ viscositatis. ut h̄re
imobilia. nec anxietatis plurimū ut i cōi vel par
ticulari modo declarato. Et cū dicit. Nihil q̄s rei
uñciauerit oibz q̄ possidet nō p̄t mens eē disci
pulus luc. xiiij. x̄ps ḡ oibz renūciauit in p̄prio r̄
cōi. nō seqm̄. Nā r̄ quicūq̄ renūciat seculo ut
oēs religiosi q̄ affectu r̄ effectū abdicāt p̄prietatē
n̄. dicunt vere renūciare oibz. r̄ t̄n̄ licite aliqd̄ ha
bent nō solū mobilia in cōi ut p̄dicatores. s. et
am imobilia i cōi. ut oēs monachi. Nec maior
ris p̄fectōis ē renūciare oibz in p̄prio in cōi.
ut minores faciūt q̄ renūciare oibz in p̄prio s.

Capitulum Quartum

lum. sed nō in cōi. vt pbatū est. s. in. vi. articulo licet sit arrior renūciatio.

Quarto pōt ar .s. xxvi.

qui dicit ex multis auctoritatibus canonis et scripturarum ut illud mat. xix. Ecce nos reliquimus omnia et in christo. Et illud mat. viij. Filius hominis non habet ubi ca. su. re. Et ps. xxxix. in eius persona. Ego medicus sum et pauper. et b. aug. Omnia contempsit christus terrenam mundi ut ostendenda esse monstraret. Et eusebii super mat. dicit apostolos fuisse extreme pauperum raris. Et b. Hiero. Si vis esse perfectus. nihil habere propter christum. Et super illud mat. xvij. quoniam inuentum staterem in ore piscis Petrus ad mandatum christi soluit tributum. cum aliter non haberet. dicit. b. Hiero. quod tante domine sunt paupertatis. quod non haberet unde solveret tributum. Et si obicitur. ait ipse de oculis quos ferebat indas. Rudebimus quod reputabat nefas id quod portabat in oculis pro pauperibus in suos usus convertere. Et multe alie auctoritates possent induci. Ad has rudes. Ad illa. Ecce nos reliquimus omnia. verum est quod in christo renūciaverunt. et reliquerunt omnia. Ad secundam. Dicitur quod filius hominis non habuit ubi caput reclinaret. id est. tomum. sed pro non orillit. si non habuit mobilia. quin habuerit mobilia in christo. Ad tertiam. Dicitur quod pauper fuit christus. pariter habens et mendicis. ab alijs petens elyas et medicantes dicuntur. et sunt fratres predicatorum et tunc licite habent mobilia in christo. Ad auctoritates scripturarum si mille essent. poterunt rudi vno verbo. Omnes enim auctoritates que dicunt quod infideliis eis omnia. vel quod renūciaverunt omnibus. vel sunt intelligende quantum ad modum habendi. scilicet quod non haberent in christo. vel quantum ad curam providendi et ut amoverent superflua. Certe proficit ei christus. secundum b. aug. omnia mundi. quod in christo. nam que habentur in christo. non dicuntur mundi sed dei. que autem in christo mundi dici possunt. fuerunt apostoli extreme paupertatis congruentis tunc finis. et b. Hiero tunc in christo et ad necessitatem. non ad superfluitatem mobilia. Ad illud. b. Hiero. Nihil habet propter christum. intelligi potest vel in christo. Nam religiosus verus nihil habet propter christum. licet monasterium suum multa haberet etiam mobilia. vel intelligit quo ad affectum inordinatum. Ad illud de tributo rudes. quod christo aliquid offererent sibi pro suis et apostolorum necessitatibus. aliquid ut pauperibus distribuenda. sicut etiam hodie fit in religiosis quibus plura dantur. et committuntur dispensanda. Et vtrique portabat iudas in locis. tunc autem quoniam soluit tributum non erat in oculis aliquid de his que data erant eis ad usum eorum. et si essent que pauperibus essent distribuenda. Sed non sequitur. quod si tunc non erat in oculis aliquid in usus suos convertendum. quod nunquam fuisset. imo expressit per. quod aliter erant talia. Nam cum ierunt in sicchar ad emendum cibos. iohanna. uxor. utique de loculis receperunt illam pecuniam et pro usu christi et discipulorum ipsorum. Et sic etiam quod petrus dixit act. uxor. Argentum et aurum non est mihi. non sequitur quod si tunc

secum non habebat quoniam aliter potuisset habere in christo. et mulieres que dicuntur ministrasse christo et discipulis de facultatibus suis. non sequitur quod si b. Hiero fuit sic tunc ipsi nec etiam in christo haberent. sic viventibus in christo aliquid eis deficiat etiam mobilia pro aliquo tempore. nisi sibi procuraret pro diversis modis. Nec enim mulieres forte continue secute sunt eum.

Octavus articulus .s. xxvii.

lus est. Dicitur sit hereticum asserere. quod christus et apostoli nihil haberent in christo. Sed quod de materia heresis satis habet in secunda parte titulo vltimo. id brevissime hic expeditur. Sciendum igitur quod ad hoc ut quis proprie dicatur hereticus quatuor requiruntur. Primum est error in intellectu. ita quod male sentiat de veritate. Unde b. aug. dicit. quod hereticus est qui falsas opiniones gignit vel sequitur. Licet enim fornicans vel furans agat contra veritatem. que dicitur non mechaduz nec furandus. non tamen est hereticus. nisi extimaret talia esse licita et pertinaciter. Et ratio est quod non habet errorem in intellectu. ex quo scit esse mala. Secundum quod requiritur ad heresim est. quod talis error sit circa ea que pertinent ad fidem. vel contra veritatem determinationis ecclesie. in his que pertinent ad fidem et bonos mores et necessaria ad consecutionem vite eterne. Si enim esset error in his que non sunt necessaria ad salutem. ut quod sol sit minor terra. vel alias conclusiones philosophicas vel geometricales non pertinentes ad fidem. ibi non est heresis vel error periculosus salutem. Et quod determinationis dubiorum circa fidem vel sacramenta scripturam spectat ad ecclesiam et precipue ad summum pontificem. ut. xxvij. q. i. dicitur. Ad hoc in huiusmodi standum est determinationi ecclesie et summi pontificis precipue. Et pertinaciter asserens contra huiusmodi determinationes ecclesie constituit hereticum. sicut sentiens pertinaciter contra fidem. Tertium quod requiritur ad heresim est quod sit professus catholicam veritatem. et si enim aliquis non esset professus catholicam veritatem. que professio fit in baptismo. ubi permittit se credere que sunt fidei. vel patrinus pro eo si est paruulus. si male sentiret de his que sunt fidei et pertinaciter. ex quo non est professus talē fidem christianam. non diceretur hereticus. sed iudens vel paganus que sunt extra ecclesiam. Et de huiusmodi ecclesia non iudicat ut de hereticis. Videtur etiam requiri quod talis professus fidei. aliquid credat circa ea que sunt fidei christiane. pertinentes ad divinitatem vel humanitatem christi. Si enim nullam veritatem de christo assereretur. magis proprie diceretur apostata quam hereticus. hereticus tamen etiam diceretur. et ut hereticus puniretur. et gravius peccaret quam si aliquid crederet. Quartum quod proficit heresim est. ut obstinata voluntate et pertinaciter illud eligat. vel sequatur errorem. Unde si aliquis non pertinaciter malicia et obstinata erraret circa ea que sunt fidei. paratus emendare se quoniam sibi ostenderetur falsus esse quod verum putat. talis non proprie diceretur hereticus. quod expressit ostendit. b. aug. xxvij. q. ij. Dixit apostolus. Et idem dicit. Errare poterit. hereticus

factus non ero. quod. s. p. t. n. a. r. non erat in suis opinio-
 nibus. s. p. t. n. a. r. s. p. t. n. a. r. s. p. t. n. a. r. s. p. t. n. a. r. s. p. t. n. a. r. s. p. t. n. a. r.
 sed error demonstratus. Non stat quod quotidie
 inter doctores magnos etiam circa diuisa sunt opi-
 niones diuerse. et aliquid contradictorie quae alie-
 ras necesse est esse falsas. Tamen nulla reputat heres-
 tica. donec per ecclesiam fuerit altera determinata.
 His igitur quatuor circumstantiis quis censet hereti-
 cus. Nunc ad questionem respondendo. Si ecclesia deter-
 minauerit per ioh. xxij. in ista constitutione. Quia
 namque Christus et apostoli fuerint aliqua in consensu. et contra ius
 asserere iudicauit esse hereticum. Ideo per istam deter-
 minationem pertinaciter asserere Christum et apostolos
 nihil habuisse in proprio nec in consensu. sed habuisse solu-
 nudum usum facti. in omnibus rebus in quibus est usus
 qui usus talis est illicitus. est hereticum. et ut hereti-
 cus talis est puniendus. Ante hoc istam determinati-
 onem tenere illud. et si est falsum. non in hereti-
 cum. quod non erat declaratum esse contra scripturas. et
 solus usus nudus facti absque aliquo iure vel do-
 minio est illicitus. Et in hoc per excusum Aluarius
 qui scripsit librum notabile de planctu ecclesie. Obi
 multum diffuse persequitur istam materiam. tenendo et
 probando more suo. sed non efficaci christum et apostolos nihil
 habuisse etiam in consensu. Videtur enim nonnulli contrarium ei-
 fusse determinatum. unde submittit sententiam suam cor-
 rectioni ecclesie et determinatio ipsius ioh. xxij. qui hoc
 determinauit ipse suo contrario. scilicet declarando.

Asserunt etiam di. xxviii.

cti fratricelli in libello suo virulento quod papa ioh.
 xxij. dixit multa heretica in diuersis sermonibus
 suis. quos publice in papatu disseminauit. Et quod vi-
 cebat a quibusdam circa finem vite illos reuocasse
 et submississe se in omnibus dictis suis determinationi
 ecclesie dicit illi fuisse hereticum. et quod non sufficit re-
 uocatio illa per illum modum. sed ut dixerit primiti-
 talia que sapiunt heresim ignozat. Tamen si dixerit
 se non pertinax fuit. sed determinationi ecclesie se
 submitit. non potest dici esse hereticus. ut patet per b. au-
 gustinum. xxij. q. ij. dicit apostolus. Exemplum in iohannes
 abbate cuius opinio contra patrem lombardum de mate-
 ria trinitatis reprobat ut heretica. ipse tamen non hereti-
 cus condempnatus. Et hoc ideo quod submitit opuscula
 sua correctioni et determinationi ecclesie in fine. Ut
 patet ex de sum. tri. et fide ca. danamus. Item quod di-
 citur non sufficere tale reuocatio. sed oportet fa-
 cere publice et cum adiuratione solemnium. inducentes
 plura. c. vt. i. q. viij. Donati. Et c. saluberrimum. et
 c. conuenientibus. Et ex de heresi. Ad abolendam. sal-
 sum est. Nam illa iura loquuntur quod error est diuul-
 gatus et ille hoc facultate reuocandi publice. et po-
 lati eorum hoc erigunt ad tollendum scandalum infectio-
 talis doctrine. que omnia vacant in casu nostro. Dep-
 in illis insistere. dicitur non curare. quod successores
 eius non enim in illis erroribus secuti sunt. Sed hanc
 sententiam quam determinauit de paupere christi et apo-

stolorum. s. qui habuerint aliqua ut mobilia in consensu.
 quam dicit hereticam. quod ista non reprobat. sed nec
 successores eius sed eam sequitur dicit esse hereti-
 cos. Sed ipsi pessimi homines sunt heretici veri. qui
 asserunt contra determinationem catholicam factam per ecc-
 lesiam et dominum papam ioh. xxij. et omnes successores
 eius veros catholicos summos pontifices. et omnes alios
 ordines ecclesie et doctores vtriusque et magistrorum
 plurimos in theologia cuiuslibet religionis accep-
 tiam examinatum et approbatam ut verissimam. Et
 facientes scisma ab obia romani pontificis recessi-
 serunt precipue sibi aliud caput antipapam vel
 potius antichristum asserentes penes se veram ecc-
 lesiam catholicam cum sint sinagoga sathane. Et cum
 omnis iurisdictio patrum ecclesie ut a fonte procedat
 a papa. falso opinantes omnes successores iohann.
 xxij. qui secuti sunt veram determinationem eius factam
 circa dictam materiam. esse hereticos. et per hoc
 sequens dicit esse excommunicatos et suspensos. et omnes
 etiam patres qui assentunt illi determinationi. Nec
 debere a talibus accipi sacramenta. nisi baptismum
 in casu necessitatis. nec audire diuina eorum.
 sed a suis pseudo episcopis et sacerdotibus accipi sacra-
 mentaliter et salutifere. Ad confirmationem sue doctrine
 adhuc habent ostendere unum paruulum miraculum
 nisi fumum et cineres cum combusti fuerunt aliqui
 ex eis. Nec mirum quod verax deus nunquam falsitatem
 operibus suis. s. miraculorum approbaret. cum eas de-
 testes. Postquam autem qui tenuerunt illam determinati-
 onem ioh. xxij. ut verissimam usque ad presentem. s. annum.
 cccl. claruerunt variis miraculis in diuersis
 locis. In dicto libello cum eis comburendo asser-
 uerant nos dicere. quod in papam non cadat symo-
 nia. Quod falsum est nosros doctores hoc dicere.
 Sed bene distinguit. b. th. et p. in. uij. et alij. de
 de symonia possumus loqui dupliciter. Uno mo-
 do quo ad penas a iure inflictas contra symoniacos
 s. suspensionis vel excommunicationis. Et sic est verum
 quod in papa non cadit symonia. quod nullus penis in-
 ris potest subici vel ligari. Alio modo quo ad
 peccatum quod mortale est. Et sic in papa potest cade-
 re symonia. quod si ordines vel sacramenta vel alia
 spiritualia conferat per temporalibus appreciativum.
 vtiq. symoniam committit. Non autem si conferendo be-
 neficia. reseruet sibi partem fructuum diuersis de
 causis per necessitates curie et hominum. ut fit in an-
 nuatis. quia non censetur illud symoniacum. Et sic
 omnes nos dicunt esse symoniacos. quod falsum est.
 Sed de symonia habet plene in. ij. pre. ti. i. c. uij.
 et de censuris eius in. ij. pre. ti. de excommunicatione. et de
 de suspensione.

Titulus tredecimus de cono fortitudinis. Fortitudinis quidditas et effectus.

Capitulum primum.